

Augustus Secundus DEI gratia Rex Poloniae //
Magnus Dux Lithvaniae Russiae Prussiae Masoviae//
Samogitiae Kyoviae Volhyniae Padoliae[!] Podlachiae//
Livoniae Smolensciae Severiae Czernihoviae[ue] necnon//
Haereditarius Dux Saxoniae et Princeps Elector etc[eteraea]

Significamus presentibus literis nostris//

quorum interest universis et singulis quod cum//

magnifici Stanislaus et Marcianna[!] de Iwanskich Niszczyckie castellani Raczazenses et g[e]n[er]osi Antonius et Francisca de Iwanskich Szembekowie capitanei Novogrodenses in fundo suo villae nominis Trzcińska in palatinatu Posnaniensi sito oppidum sub eodem cognomine Trzcińska erigere et et[!] locare intendat. Supplicarentq[ue] nobis ut eisdem consensum nostrum Regium super hac erectione dare et concedere dignemur. NOS eo attendo quod ea frequentia et communione hominum plurimum redundare tam in Rempublicam ornato quoq[ue] meritorum eorundem generosorum Iwanskie castellanidarum Brestensium Cujaviensium nobis et Reipublicae praestitorum respectu facile illorum supplicatione annuendum consensumq[ue] nostrum et facultatem praedictum oppidum Trzcińska de novo erigendi incolasq[ue] locandam dum et concedendum dumesse duximus prout quidem damus et concedimus praesentibus literis nostris at[que] dicto oppido ejusq[ue] incolis tribuimus in perpetuum ius Teutonicum quod Magdeburgense dicitur removendo ab eo omnia iura Polonica terrestria modos et consuetudines universas qua ius Teutonicum perturbare consueverunt. Eximimus insuper dictum oppidum omnesq[ue] ejus incolas ab omni iurisdictione et potestate omnium et singulorum palatinorum, castellanorum, capitaneorum, iudicum, et subiudicum et quorumvis officialia regni nost[ri] ita ut coram ipsis et eorum aliquo pro causis tam parvis quam magnis quibusvis excessibus vel rebus citati minime parere et respondere et ob non compar[ti]onem et condemnationem quam cunq[ue] aliquas poena teneantur, sed coram avvocato suo pro tempor[e] existenti iure Teutonico respondebunt. Advovatus vero omnibus deseconquerantibus coram memoratis [genero]sis Iwanscis dominus[!]suis et illorum succesoribus legitimis non nisi iure Teutonico respondere tenebitur et debet. In causis autem omnibus tam civilibus quam criminalibus seu capitanealibus puta furti homicidii membroru[m] mutilationis incendii et quarumvis maleficiorum excessuum et criminum eodem avvocato pro tempore existenti cum scabinis

iuratis oppidi praedicti Trzciąnka inter metas et limites ejusdem oppidi iure Teutonico secundum dispositionem et formam illius plenam damus et concedimus facultatem et postetamem audiendi, cognoscendi, iudicundi, decernendi, corrigenda condemnandi, plectendi. Ut autem hocce de novo erectum oppidum majora commoda atq[ue] emoluntum capere possit nundinas secundum callendarium in eodem oppido instituendas esse duximus prout instituimus praesentibus literis nostris. Et quidem primas feria secunda post drucam[!] primam Quad[ra]g[esim]ae, feria sexta ante dominica[m] Palmarum, feria secunda post festum S[ancti]s[imi] Trinitatis, feria secunda post festum s[ancti] Joannis B[apt]ist[ae], feria secunda post s[ancti] Bartholomaei ap[osto]li, feria secunda post festum s[ancti] Micha[el]is, feria secunda post festum s[anctorum] Simonis et Iudae ap[osto]l[orum], feria secunda post d[omi]nicam primam Adventus, septimanalia vero quamvis die sabbatho perpetuis temporibus celebrari permittimus pro quibus itaq[ue] foris atq[ue] nundinis ad oppidum supradictu[m] Trzciąnka perpetuis temporibus liberum et licitum erit hominibus cuiuscunq[ue] status, conditionis, sexus, ritus, atq[ue] nationis cumq[ue]libet genere mercium confluere ibidemq[ue] rite et secure emere vendere res pro rebus mreces pro mercibus permutare caeteraq[ue] negotia sua licita et honesta peragere venientes quoq[ue] ad supra specificata fora et inde rursus descendentes ea utantur securitate qua omnes in patrocinium nostrum suscepti literisq[ue] salvi conductus nostri communiti uti consueverunt nisi forte tales fuerint quos leges publica ferre n[on] permittunt et quibus bonorum hominum consortium denegat[ur] gaudebit quoq[ue] oppidum Trzciąnka dictum tanqua nova erectu[m] ejusq[ue] incola libertate ea qua oppida noviter erecta ex praescripto legum regni gaudere solent ad octo annos except[is] contributione capitali pro stipendiis militaribus per commitea tractatus Varsaviensis aprobata juxta tariffam anni millessimi sexcentissimi septuagesimi sexti exolvere demandatis. Insuper in majorem beneficentiam gratiae nostrae regiae stemmae pro usu et utilitate praedicti oppidi prout hic depictum est per pictorem, in perpetuum assignamus In quarum fidem praesertes manu nostra subscriptas sigillo Regni communiri iustimus(!).